



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Articulus Primus. Ut nemo facilè sibi ipsi vel alteri persuadeat gratiam
Sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

ARTICVLVS PRIMVS.

Vt nemo facile sibi ipsi, vel alteri persuadet gratiam Sanctorum.

Gratiae [gratis datae, eminentiores
a habitu sapientiae,] & [altiores
b dono intellectus:] non tam faciles,
aut ita communiter diffusae sunt, vti
nonnulli sibi, alijsue persuadere pos-
sent, licet enim illi, qui gratia mystica
modi supernaturaliter operandi digna-
ti, ob sanctam exercitationem, & ad di-
uina assequenda contentionem iure-
merito de optima, quam elegerunt, &
consecuti sunt, parte, gaudeant; cæteri
verò illam in ipsis commendent, & re-
vereantur; non ideo tamen omnia vi-
quequaque ita tuta, aut salua sunt, quin
in maxima circumspectione quisq; salu-
tem suam cum timore, c & tremore o-
perari debeat, tum quod Lucifer in An-
gelum lucis se transformare soleat, &
bonos nonnisi sub specie boni decipe-
re, attinet; tum quod nemo [citra spe-
cialem d revelationem Dei de finali in
gratia perseverantia securus sit:] & ho-
die e in Domino stans, cras cadere pos-
sit; tum quod sèpè apud homines, gra-
tiae gratis datae, vti sunt gratia f sanitatum,
operatio virtutum, prophetia, dis-
cretio spirituum, genera linguarum, in-
terpretatio sermonum: & similes, (ad
salutem g non necessariae) maiorem
sanctitatis opinionem; quam occul-
ta illa, & efficax gratia sanctificans, cau-

sare soleat. vnde nonnulli illorum qui
sibi, alijsq; illusoræ sanctitatis famam
acquisuerunt, dicent: manducaimus
h coram te, & bibimus, & in plateis no-
stris docuisti, & in e nomine tuo pro-
phetauimus, & in nomine tuo dæmo-
nia eiecumus, & in nomine tuo virtutes
multas fecimus: & tunc confitebitur
illis, quia nunquam noui vos. & ideo de
acceptis gratijs Deo humiliter gratiae
referendæ sunt, ad altiora autem dona
se quisq; penitus indignum censere de-
bet, ni sibi ipsi, alijsue illudere gestiat.

Cæterum si quis proprias virtutes, &
gratias ab hominibus laudari, nil omni-
nō æstimet, ac illibéter se honorari per-
mittat, nec in aliquo notabili reprehendat
se cor suum; omnia quantumcunq;
grandia fuerint, in Deum, à quo omne
k datum optimum, & omne donum
perfectionum desursum descendit; ex inti-
ma cordis humilitate referendo: is se-
cure cum Beatissima Virgine MARIA;
Dominum in anima sua magnificare
poterit; licet vel Petri sanctitatem ob-
tinuisse, & umbra sua omnes languores
curaret, & cum sancta Maria Magdale-
na, septies à Sanctis Angelis ad diuinos
concentus audiendos eleuaretur: omni
timore superbiæ, aut abusus sublato.
[crescente enim charitate, l crescit &
filialis, ac castus tumor.] in quo clare vi-
det, quod omnia, quæ habet non sua;
sed Dei sint. qui vti in sanctis suis
mirabilis sit, consequenter
dicemus,

Iii 3 De

a S. Thom. 2.2. q. 45. a. 5. c. b 3 sent. d. 34. q. 1. a 2. c 1. Petr. 1 d Conc. Trid. sess 6. Can. 16.
e 1. Cor. 10. f 1. Cor. 12. g S. Thom. h Luc. 13. i Matth. 7 k Jacob. 1. l S. Thom.